

tet, sicut accepimus, credere autem sicut baptizamur; glorificare autem sicut credimus patrem, filium, & Sp. sanctum.

37. Operationes Spiritus sancti spectantur tūm communiter in creatione & conservatione totius universi; tūm sigillatim in Ecclesia; nempe in toto cætu, per ministerium verbi & Sacramentorum, & in singulis membris, tūm quò ad animam, scil. intellectum & voluntatem, tūm quo ad corpus. Quorum beneficiorum distinctio videatur apud Dn. Chemnitium.

Mόνω δίξα θεῷ πατέρι, ὑψού πνεύματι ἵσθ.

DISPUTATIO IV.
D E U N I O N E H Y P O S T A T I C A
duarum naturarum in Christo.

THESES. I.

Christum esse verum Deum, & verè hominem nuper demonstravimus. Nunc de unione duarum illarum naturarum, divisa τόλογς, & humanæ, disseremus.

2. *Vno hypostatica est veræ & perfectæ humanitatis ex substantia virginis Mariæ matris in ipsam personam filii Dei assumptio: ut sit una persona composita, verè Deus & verè homo, absq; naturarum confusione.*

3. Hypostasis igitur τόλογς facta est carni hypostasis: quæ inde dicitur ἡπόσατο: hoc est,